

Fontes ad legendum III.

Fundatio Novae Civitatis Pragensis

Anno Domini MCCCXLVIII die beati Marci dominus Karolus, Romanorum et Boemie rex, ponit primarium lapidem et fundat Novam civitatem Pragensem, protendens murum fortissimum cum valvis et turribus altissimis a castro Wissegrad usque ad Porziecz. Sed et ipsum montem Wissegrad cingebat muro et turribus fortissimis et totum opus consumat infra biennium. Et faciebat plantare ortos (= hortos) atque vineas circum civitatem Pragensem, et brevi tempore facta sunt multa edificia. Eodem tempore incipiebat castrum Carlsteyn edificare. Exstruit eciam ipse rex in diversis locis piscinas plurimas et regno multum proficuas. Hoc advertentes barones, nobiles, religiosi et plebegii plantabant ubique vineas, ortos et exstruxerunt piscinas in Boemia, gracias agentes Altissimo, qui talem eis concessit principem, sub cuius ditione omnia eis prosperabantur.

Eodem anno fundat monasterium sancti Benedicti in eadem Civitate Nova et instituit in eo fratres Sclawos, ut in litteris sclawonicis missas celebrarent et horas psallerent.

(secundum Beneš Krabice z Weitmile – Chronica Ecclesiae Pragensis)

Slovní zásoba:

pono, is, ere – položit, pokládat
lapis, lapidis, m. – kámen
protendo, protendis, protendere – zvedat
murus, muri. m. – zeď
fortissimus, a, um – velmi pevný, silný
valva, valvae, f. - brána
turris, turris, f. – věž
instituo, instituis, instituere - ustanovit
sub cuius ditione – pod jehož vládou

cingo, is, ere – obehnat, ohradit dokola
platno, as, are – nově vysázet, založit
mons, montis, m. – kopec, vrch, hora
edificium, ii, n. – dům, budova, obydlí
consumo, consumas, consumare - zvládnout
exstruo, exstruis, exstruere – vytvořit, založit
piscina, piscinae, f. - rybník
psallo, psallis, psallere – zpívat
hora, ae, f. – (duchovní) hodinka